Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



126

Super Vicesimoprimo articulo interrogatus dixit quod talia miracula fuerunt et existimantur et examinata testis dicit articulum fore verum causam reddit de puero suo quia ipse testis habeat firmam fidem ad beatum Leopoldum

Super Vicesimosecundo articulo interrogatus dixit quod omnia miracula examinata testis respondit articulo fore verum quo ad puerum suum

Super Vicesimotertio articulo interrogatus dixit quod quotidie adhuc examinata testis respondit articulo fore verum quia audiunt et de hoc sit publica vox et fama

Super Vicesimoquarto articulo interrogatus dixit quod de predictis omnibus examinata testis fatetur articulo et dicit famam vadiare in vicinatu et curia Dubingens quod apud vicinos suos sit firma fides de beato Leopoldo et sanctitate eiusdem

Et fuit testis iuramentum prout est mos

Eadem die honesta Margaretha uxor Michaelis functi presbiteri de Waidhofen super Teya etatis sue annorum Trigintaquinque vel circa citata iurata deposuit prout sequitur Et primo reducto sibi ad memoriam fuerunt

LA
135 sqq.
LL

prestita ac de pena perjurii diligenter et clare amsatel

Super primo articulo interrogata dixit quod dicta clare memorie Leopoldus examinata testis fatetur articulo examinata

Super Secundo articulo interrogata dixit quod fuit vxor mysty pueri examinata testis fatetur articulo quia ita audiunt per octo annos et ultra

Super Tertio Quarto Quinto Sexto Septimo et Octavo articulis se se immediate sequentibus testis examinata respondit se ita audivisse prout articulatur

Super Nono articulo interrogata dixit quod septuis contra infideles pugnando et Decimo articulis interrogata dixit quod pro fide ppi multos et varios labores examinata testis dicit se articulata non audivisse

Super Undecimo articulo interrogata dixit quod toto tempore vite sue examinata testis credit articulo fore verum

Super Duodecimo articulo interrogata dixit quod propter bona opera sua examinata testis fatetur eandem quia ita publice et per famam audiunt et hodie talis cognominatur

Super Tredecimo articulo interrogata dixit quod a sede aplica examinata testis dicit sibi non constare de articulato Quinto tertio respondit ad Quartodecimum articulum

Super Quintodecimo articulo interrogata dixit quod omnia bona que expit seu fecit examinata testis credit articulum fore verum